



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 22. Rogauerunt illum. Magna vi pollet oratio communitatis, vt patet in D. Petro & Paulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

decentior; ac edite propius, percunctatur cuius
 es filia? ex qua nata progenie? q. d. noscarnus,
 si libet religionem, quam profiteris, num ex
 populo fidei, & divinae legis observatore? Do-
 mine mi, filia sum Bathuel, filij Nachor, ex po-
 pulo traheus originem, qui verum adorat Deum,
 unde hoc à te quaero, quandoquidem nobis pere-
 grinus adis, in eum in nostras diuerfas ades,
 quas ex Dei benignitate posidemus amplas &
 abundantes, quibus excipi possis hospitio, cum
 famulis tuis & camelis; quinimo & paleas,
 & foenum vberim suppeditabimus animalibus.
 His auditis seruus in genua prociidit, in caelum
 oculos attollit, Deo gratias reddit infinitas, quòd
 illi, mulierem destinaffet filio Domini sui con-
 iugem desideratissimam: *Inclinavit se homo, &*

D.Ch.
 XIII.
 Quales
 sunt
 uxores
 elige-
 de.

prociidens adorauit in terram Dominum. Præcurrit
 illa famulum ad domum suam dirigendo, pa-
 tentibus, fratribusque peregrini indicat aduen-
 tum. *Vide (ait Chrylost.) quomodo in singulis de-*
clarat hospitalitatis alacritatem, verbum mansuetu-
dine. Faustum hoc igitur est matrimonium, est-
 que hic modus agendi cum filijs, ac filiabus ve-
 stris convenientissimus: mulieres inquirere com-
 positas, honestas, taciturnas, eleemosynarias,
 operarias; quæ non dedignantur, suis ipsæ mani-
 bus fastidiosæ opera exercere pietatis, ac miseri-
 cordiæ: illas, (inquit D. Chryl.) primarias oportet
 inquiras dotes: si namque hæc viâ incederes,
 prægratiati tibi ex nuribus bona nascerentur, si-
 cut & huic optimæ vetula: nam quia filiam suam
 homini tradidit pijsimo, vt pote D. Petro, tanta
 illi bona prouenerunt, vt ipse Deus per suas in-
 gredieretur portas, Apostolis sociatus sanctissimis
 qui pro illa quoque sequestres intercederent, &
 cum tam periculosa febri teneretur infirma, salu-
 tem illi Dominus contulerit adeo miraculosam
 in momento temporis, adeoque sortem, vt con-
 tinuo surgere posset, illisque bene sana mini-
 strare.

§. 22. Rogauerunt illum: Magna vi pollet
 oratio communitatis, vt patet in DD. Petro &
 Paulo.

107 46
 Ho. 3.
 de in-
 compre-
 hensibi-
 liti Dei
 natura
 uel sua
 finem.

Rogauerunt illum pro ea. Si vnus (argumen-
 tatur D. Chrylost.) sit tam efficax oratio,
 quid de plurimorum simul censendum erit
 vniuersorum? si vnus quidam esse canabimus adeo
 fortis, vt vnum solum ligando tanto sufficeret,
 quò se nequiret loco mouere, quam vim quælo
 haberent multa alia in quibus copiosa, quæ su-

dentem efficerent instar brachij crassissimi.
 Quo valet robore funis ille canabaceus ligando
 Deo? vel vnum illius filium sufficit illi detrahen-
 do. Vel vna Moysi, vel vna Elize oratio. Non sine
 ratione, in nostra vulgari lectione de sponse la-
 bijs sponsus prædicat: *Laba tua sicut vintu-
 cina.* Secundum Septuaginta, ex Hebræo legitur
 D. Ambros. *Respicula.* Quod id apparet tam exigua
 substantiæ, quam vnus Sancti oratio, quæ vir-
 tute percipitur, aut intelligitur, adeo tamen
 efficax ac potens, vt Deum ipsum constringat
 fortissimum. Si vel vnus, quid erit, si multa con-
 glomerentur illa; multi Dei famuli conueniant,
 & in choro, sive sacello rudentem consentent
 multis filijs crassioribus eius vobis verba profera-
 mus: *Si omnis oratio tantam vim habet longe magis
 ea, quæ ore multorum prouenit, valere conuenientius
 plus ennumeruo in ea est, & multo audiuit maior,
 quam in domestica illa, & priuata.* Extra dubium est
 (inquit) quòd & ipsi his diebus experti estis, effi-
 caciorem eorum Kege totius Reipublicæ esse pe-
 titiorem, quam vnus ex ea particularis. Nouisse Simo-
 necordiam, qualiter abluic annis decem, quida-
 buldam captis & excitatis in Republica leditio-
 nes, cum vnus ex illis datâ sententiâ ad mortem
 taperetur: populus ad compassionem permotus
 ad Gubernatoris domum, cum filijs & mulieribus
 supplex & medijs accesserit: tantaque fuit
 earum vis lacrymarum, precumque eorum, vt se
 victum esse Gubernator ostenderet, remque à
 morte solutum pristina restitueret benignè liber-
 tari. Quid ergo? num in Deo minoris esse viscera
 misericordiæ iudicatus, si premo illo terrarum
 Principe? nequaquam: *Inter homines populo pe-
 tenti, Rex multitudinis motus, sententiam, contra
 fontes depomit, multo magis Rex calesit.*

Huius rei veritas in duobus confirmatur. Pri-
 mo, in eò quòd D. Paulus de seipso scribit ad
 Corinthios, quibus pericula significat & lab. res
 quos tales patiebatur, vt se iam inter mortuos re-
 putaret: *In nobis metipsis responsum moris habuit.*
 Sed quòd Deus illum ex omnibus pijs eorum
 intercessioibus incolumem eripuerit. Illos vt
 pro se preces vtrique Deo offerrent D. Paulus
 vniuersè rogauerat: quod & fecerunt. Ne credi-
 deritis modicum mihi per orationes vestras ad-
 uenisse beneficium (inquit ille) profectò non mo-
 dicum Deo namque gratias: *Quis ex tantis peri-
 culis nos eripuit, & eruit, a iuuuantibus & vobis in
 oratione pro nobis.* Quis sibi persuadeat, orationes
 Corinthiorum D. Paulo patrocinari? numquid
 eorum vas illud electò onis indigebat orationibus?
 vniuersi eius vitæ prebitas eorum longè metra su-

perlat? Grande latet hic mysterium ex sententia D. Ch. Ex quo perspicue colliges, quanti valeat oratio plurimorum, licet omnes non sint tanti meriti, quanti solus ille, pro quo intercedunt.

Secundo loquitur in D. Petro, quem Herodes apprehendit, catenisque vii. xii. atque tam certo mori destinata, vt iam eum postredie producturus esset capitis condemnandum. Quid agit Ecclesia? Oratio autem fecit ab Ecclesia, intermissione ad Deum pro eo. Numquid hæc illi profuit oratio? Per omnem quidem modum. Huius enim gratia Deus Petrum à vinculis illæsum absoluit. Quis quem igitur debet sustinere? Num Petrus Ecclesiam; aut Ecclesia Petrum? Nonne Petrus Ecclesie fundamentum? nonne ille, cui Christus commendauerat, vt illam suis & orationibus & admonitionibus solide confirmaret: *Confirma fratres tuos. Hic peti, quantum valeat oratio multorum, inquit D. Chryso. Quid hæc oratione potentius, quæ columnam & Eccl. sic iuribus adiunxit? & iterum, Petro Ecclesia oratio presuit, & columnam illam, ac stabilitatem nostræ religionis, & carcere liberauit. Quis tibi non ex illa fructus? Num arbitraris Ecclesiasticos ac Religiosos, & qui rogant magnæ non esse sanctitatis? Confide: quia multum valet multorum oratio.*

Hinc educit D. Chryso. quanti saluti tuæ refert, vt orationibus, missis communibus, diuiniq; interis officijs, quæ ab Ecclesie communitate persoluuntur. Ne mihi hoc (inquit) obiectis, quod multi dum illos ad hæc exhortor. Nunc domi meæ esto, nunc ad oratorium meum seculo, longumque tempus orationibus impendo, concedamus autem hæc multum referte orationem, longè tamen ea præcellit quæ est multorum, & cui plures assistunt precaturi. *O frigidam excusationem, quam à pluribus reddis audit: Orare, vel domi possumus. Ecce, homo decipis, & magno in errore versaris; nã etsi domi quoque dicitur orandi facultas, tamen fieri non potest, vt domi tantæ oris, quam in Ecclesia, vbi tot Patres, vbi clarior selecti spiritus excitatus, ad Deum referatur. Ecce.*

Omnes coniunctim in Ecclesia orant: licet enim solus videatur orare Sacerdos, omnes nihilominus realiter orant: omnes etenim in illo vniuntur, & in eius ore omnium suat ora cæterorum: eã namque de causa communes orationes dicuntur. *Colloca. Hic enim illius, hic enim alterius, & alius colliguntur orationes, quæ si reijcitur sunt, minus orationis feruentis, & parui ponderis, in vni tamen confluentis vires habent fortissimas, sicut rudens ex pluribus contortus filis, quæ tamen sigillatim*

sumpta nullo negotio dirumpuntur: Est in hoc plus aliquid videlicet concordia, conspiratio, copula moris, & charitatis, Sacerdotum clamoria, vt populi orationes, quæ infirmiores per se sunt, validiores illas complexa simul in cælum euehantur.

Hanc ipsam doctrinam expendit D. Cyprianus referens Presbyteri quibusdam & diaconis, qui graui contriti calamitate ab eo remedium poposcerant: sic eos consolatur. Solamen obtinebitis, si pari voce vniuersim omnes incumbatis orationi: *Pulsemus, quia & pulsanti aperietur. Ecce. Et si sit vniuersim oratio. Et ne meum dicatis hoc esse argumentum, scitote quod hic mihi dominus reuelauit: nam quod magis suasis, & compulsi, ut has ad vos literas scriberem, scire debetis. Sicus Dominus ostendit, & reuelare dignatus est, dictum est in visione: Petrus & impetrabit. Hoc autem scitote, quod præteritis vicibus (inquit) quibus ad orationem conuenistis, vos Dominus non exaudierit, imò repulerit: quia non vniuersim conuenistis. In petendo fuisse dissensas voces, & dispersas voluntates, & vobremex hoc displicisse illi qui dixerat: Petrus & impetrabitis quod plebis inæqualitas discreparet, nec esset fratrum consensus vna simplex, & cuncta concordia, cetero scriptum sit. Deus qui in habitudine facit vniuersim in domo. Vultisne remedium afflictioni, vniuersim omnes in oratione conueniant. Audite Domini promissionem: *Dico autem vobis, quoniam si duo, vel tres conuenierint in nomine meo super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Si duo vniuersim tantum possint, quid si vniuersim apud omnes esset? Quid si secundum pacem, quam nobis Dominus vniuersim mandauit fratribus, conuenierint & iam pridem de diuina misericordia impetrassent, quod petimus, nec tandem in hoc periculo fluctuaretis.**

Ex eodem fundamento colligit idem D. Chryso. quanti momenti sit ad Ecclesiam conuenientes ipsius interesse concionibus. Nemo mihi dixerit, (inquit ille) sacrorum domi periculosos libros, & collationes audio spirituales. Hic namque in Ecclesia prædicationem communis præcedit oratio, quæ diuina gratia postulat, vt conuocato fructum proferat vberimum: hæc etenim opus est, vt præmittatur: *quod Al. e. 6. nihil fructus ex hominibus capi potest, nisi oratio. Adungatur, & sermone oratio debet auari. Hoc ipsum in Apollolis (loquitur) considera, quia negotia disponentes; vt expedire possent vacare prædicationi, quosdam alios electos deputant Ecclesie ministerijs: Considerate (inquit) viros. Ecce. quos constituimus super hoc opus; nos vero*

D. Cyprianus Episcopus ad Presbyteros & Diaconos.

VI. Vniuersim omnes in oratione necessarii.

Matt. 18. 19.

VII. Oratio præmittenda prædicationi. D. Chryso.

quod Al. e. 6. nihil fructus ex hominibus capi potest, nisi oratio.



orationi, & ministerio verbi instantes eripus. Optime prædicationem orationi coniunxerunt: exiguus enim ex prædicatione fructus percipietur, nisi præcesserit oratio, quæ à Deo gratia postuletur, per quam cor verbo Dei recipiendo præparetur. Tunc Princeps prædicatorum D. Paulus, semper in exordio suarum Epistolarum, quas cælestes

D. CHRYS. & eminentes dicimus conciones, exorditur cum oratione, pro illis intercedens, ad quos litteras dabat, unde de illo sic D. Chryso. Sic Paulus facit cum in exordijs suarum Epistolarum orat, ut perinde quasi lumen lucerna lux ipsa orationis rigat sermonem ac dirigat. Unde perspicuum est, non esse quid novi, quando prædicationi nostræ præmittimus orationem quæ Spiritus S. gratiam

D. CHRYS. imploramus, precibus & intercessione Virginis purissimæ Mariæ.

Ho. de re- gressu de Asia Con- solt. Q. anti commodi fuerint fidelium orationes D. Petro, quarum intuitu Deus illum è carceribus eripuit, occurat vobis, quantum D. Paulo profuerint, cum per illas tam illustres triumphos in suis reportavit prædicationibus: Ecclesiastica Tom. 5. p. 241.

VIII. oratio soluit vincula Patri, & Paulo à lasanis prædicationis fiduciam. Proinde fratres, charissimi, tales res commones vobis muniam requiro, talem gratiam postulo, ut Deus gloria suscipiens orationes vestras det mihi in efficacis. apertione oris sermonem, qui possim populum mihi creditum instruere ad salutem. Hinc quoque capies, qui tibi fructus proficere possit ex sacro pro te in communitate celebratio: ex mortuorum anniversario per multos, in animæ patris tui, beneficium, & quam prudenter agas, dum satagis ut religiosi ac Sacerdotes orant pro te communi suffragio, quàm iustum sit, quòd in testamento condas anniversaria, communisque orationes, ut illa celebrent, & has faciant multi in optimum tui remedium, ut enim dixit D. Chryso. Remittetur Deus multitudinem unanimum, & consentientem in precando, ut voluit pudore videtur, non nisi illis rogare. Verba admodum hyperbolica: sumpta ex dissimili multum efficacia, quæ pollent apud Principem seu Regem libelli supplices & orationes vnius civitatis coadunatz, genibusque provolutæ, respectu eorum, quas cuius quædam offert singularis. O felicissima mulier, multi concordet pro te supplicat, securæ certaque erit tuz salutis impetratio.

D. CHRYS. No. 2. 172. Corint. Tom. 4.

§. 23. Stans super illam. Cum Dei manu, quoque in tuam requiritur salutem.

Stans super illam imperavit sibi. Hæc propositio Super idem significat ac Iuxta, d. Cum 41. Dominus esset iuxta illam, vel accedat, & stans prope lectum, in quo decubebat iustitia. Quod hæc est S. Scripturæ phrasis ordinaria. Hoc sensu exponit D. August. illud Davidis, quando de terra loquitur: Ipsi super maria fundavit eam. Non fundatur super aquas terra, sed Iuxta maria. Simili modo declarat. Quod de Pharaone somniantem dicitur: Putabat se stare super flumina, & illud P. alterij: Super flumina Babyloni illic sedemur. Nemo sapiens hoc intelligat, quòd super flumina, sed iuxta resederint. Idem indicat Daniel de viro quem vidit super aquas: Quod ipsemet exponit, dum ait: Super ripam fluminis itaque idem erat Super aquas. & Iuxta aquas. Eadem phrasi declaratur, quòd ait Ihs de throno Dei: Seraphim stabant super illud, quòd item est ac & dicit: Iuxta illud. Similiter quòd de Rege Ozias dicitur: Oritur Ipsi in frons eius coram Sacerdotibus in domo Domini. Super altare. Non erat Ozias super altare, sed iuxta altare, quòd accesserat incensum oblaturus. Hoc modo locus quidam exponitur, qui multis non leve fecerit negotium, quando Dominus Moysi apparuit in monte Sinai, vel Horeb, cumque multus de servitute populum educeret Ægyptiaca, illi hoc præcipiens: Cum eduxerit populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Nisi quæ inveniio, quòd in monte illo Dominus populus vidimas immolauerit: unde illud: Super montem istum, significat non super, sed iuxta montem. Et sic se res habuit, quàm primum cum populus egressus est de Ægypto, primum sacrificium quòd obtulit, oblatum fuit iuxta montem Sinai, cum ad Sin. a defensa peruenisset: ut in Exodo legitur. Sic quoque capiendum est verbum illud: Stans super illam, quòd Redemptor noster, ad lectum quo erectus steterit, Stans: Situs hic (inquit D. Gregor. illud indicat, qui paratus est alium adiuvari: quocirca in Evangelio licet Evangelista Marcus dicat de Christo: Sedes à dextris Dei, illum tamen D. Stephanus stantem vidit: ex clamat D. Gregor. enim: Ecce video caelos apertos, & filios hominum stantem. Scitis, quoniam sedere iudicatus est stare vero propter mansuetudinem, & adiuvari, & itaq; erectus in pedes stetit iuxta